

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

I. Fides.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

æser.  
e con.  
ffera  
a Dñi  
al, s.  
o tua,  
bilitas,  
eterna  
nt, ani  
egusq,  
Recrea  
ne, ut  
acm  
rem  
emper  
è cor-  
actio-  
errena  
s mibi  
ni ten-  
eritate  
opus a-  
s tem-  
ferōte  
rim, ò  
ot vīz  
mea

meæ horas , dies , menses , annos absque  
timore esse elapsos. Tu ab æterno ama-  
bit me; ego non redamavi , sed offendit te.  
Ah! da mihi saltem , ô Increate Æternitas!  
ut quod reliquum est vitæ meæ brevis , &  
instar puncti evanescit , id totum in amo-  
retui impendam. Da ut modò incipiam  
clarius cognoscere , ferventius amare , &  
audire te in tempore , quo , illud postea  
perfectius continuem in æternitate. Amé.

*V. Affection ad Omnipotentiam Dei.*

F E R I A V.

I. Fides.

O Potentissime Deus ! Pater , Fili , &  
Spiritus sancte , qui me hominem  
fragilem invisere , & intime inibi appro-  
pinquare in Sacramento dignatus es : ex-  
citame, robora me , ut in affectus præsen-  
tiâ tuâ non indignos prorumpam. Credo  
incomprehensibile in Deitate unitatis &  
Trinitatis sanctissimæ mysterium. Credo  
in te Deum Patrem omnipotentem : & in  
Jesum Christum Filium tuum omni-  
potentem : & in Spiritum sanctum pariter  
omnipotentem. Credo omnia admiran-  
da & prorsus stupenda opera , quæ omni-

Q 6

potentia



potentia tua tam in veteri , quām in nova  
Lege patravit , indiēsque patrat , prae-  
tim in hoc ineffabili fidei mysterio , & in  
explicabilis amoris Sacramento . O si Gen-  
tiles , Judæi & Hæretici omnes idem vi-  
vacissimè mecum crederent !

II. Spes .

IN hac Omnipotentia tua , mi Deus , om-  
nem spem meam & fiduciam singularem  
repono : cùm enim tu omnia possis , nihil  
que tibi sit impossibile : spero omnipoten-  
tiam tuam in omnibus necessitatibus me-  
is certò mihi adfuturam . Confido Ean-  
dem , mihi peccatorum remissionem , pœ-  
narum indulgentiam , amorem tui eximi-  
um , gratiam efficacem , perseverantiam  
finalem , omniaque media ad salutem æ-  
ternam necessaria aut opportuna , libera-  
liter concessuram . Hâc omnipotentiâ ste-  
tus , si consurgant adversum me castra non  
timebit cor meum ; & si insurgat in me  
prælium , in hoc ego sperabo : hostiumq;  
visibilium & invisibilium cuneos pene-  
trabo securus : quoniam tu es protector  
meus & liberator meus : adjutor meus &  
redemptor meus : illuminatio mea & salu-  
mea , quem timebo ?

III. Hh.

